



PRÆJUDICIUM I.

*Messiae Regnum debere esse
Mundanum.*



D somniant Judæi. vide B. Pfeiferi Anti-Chiliasmum pag. 39. f. Et hæc mens etiam fuit Judæis tempore Christi, quo visibiliter versatus in his Terris. Lege M. Eliæ Veiel Disp. Inaug. de Errore Apostolorum & Discipulorum Christi circa Regnum Messiae Mundanum, habitum sub Præsidio B. Dannhaueri Artic. I. §. 4. 5. 6. Falsa autem est Hypothesis. Nam. I. Christus expresse dicit Joann. XII. 36. Regnum Meum non est de hoc Mundo II. Christus eum in finem non est missus, nec venit, ut Regnum institueret Mundanum, sed ut genus redimeret humanum ad Gal. IV. 4. 5., & id Prophetæ in V. T. passim vaticinati sunt. III. Nunquam instauravit, nec instaurabit Regnum Mundanum. Nam in Sacro Codice nusquam legitur, quod instauraverit, aut instauraturus sit

A

fit